UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IOAN. PETRI || MAFFEII,|| BERGOMATIS,|| E SOCIETATE || IESV,|| HISTORIARVM || INDICARVM || LIBRI XVI.|| SELECTARVM, ITEM, EX || INDIA EPISTOLARVM || LIBRI IV.||

Maffei, Giovanni Pietro

Coloniae Agrippinae, Anno M.D.XC.

VD16 M 105

Regimen fœminarum à Societate depellit Ignatius. Cap. XVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64627

Visual Library

Regimen fœminarum à Societate depellit Ignatius. Cap. XVIII.

INTEREA Eliſabetha Roſella Barci-
nonenſis, quæ Ignatij prima literarum
ſtudia fouerat, Societatis IESV condi-
tæ, & confirmatæ fama commota, Ro-
mam ex Hiſpania contulerat, partim
vt Ignatium lōgo interuallo [illegible]
partim etiam vt vnà cum quibuſdam alijs [illegible] fœminis
ad normam illius atque præſcriptum ageret vitam. At-
que Ignatius quidem, ſoſpitem aduentum mulieri de ſe
optimè meritæ gratulatus eſt, & omnia officia [illegible]
quæ ſaluo religionis inſtituto præſtare poſſet [illegible]
rò fœminarum ſuſcipere ſeſe negauit poſſe, partim
grauiſſimiſque occupationibus impeditum [illegible]
ominus inſtare; ſanctiſſima veteris amicitiæ [illegible]
poſtulati æquitatem obtendere: deniquè vt [illegible]
giſque obfirmatum vidit Ignatium, ad alias [illegible]
git artes: atque vt erat nobili nata loco, per [illegible]
pes facile tenuit vt Pontifex maximus Ignatio [illegible]
idipſum quod recuſabat, iniūgeret. Sed [illegible]
in Societatis commodum vertit, præter ſpem [illegible]
non ſolùm in præſens, verùm etiam in poſterum [illegible]
periculoſa prouincia liberauit. Etenim Ignatius, [illegible]
tificis iuſſu ea procuratione ſuſcepta, pauci [illegible]
tam difficultatem ac laborem ſenſit, dum [illegible]
mulierūm audire, ſuperſtitiones euellere, [illegible]
curioſis quæſtionibus reſpondere identidem [illegible]
vt pæne plus ei negotij paucæ fœminæ, quàm [illegible]
vniuerſa faceſſeret. Itaque licet Eliſabetha, [illegible]
ſe promeritis gratificari admodum cuperet, [illegible]
putans apud ſe, quantum ex huiuſmodi [illegible]
menti reſpublica pateretur, ſimul etiam [illegible]
vt harum exemplo aliæ deinceps religioſæ [illegible]
gineſve idem à Societate in poſterum expeterent [illegible]

quam ignarus quàm periculoſa, & ſuſpicionibus plena ſit ea conſuetudo; priuati officij rationem poſthabere communi vtilitati, ac totum hoc genus adminiſtrationis à Societate prohibere omni ratione conſtituit. Igitur adhibita (quod in omnibus grauioribus cauſſis faciebat) præparatione diligenti, imploratoque per iteratas preces & hoſtias cæleſti præſidio, ad Pontificem acceſſit, verbiſque ſupplicibus demonſtrauit, ex onere ſibi nuper impoſito, quàm exiguo cum fructu quantum laboris ac moleſtiæ pertuliſſet. ea ipſa re monitum quàm aliena ſit à Societatis inſtituto eiuſmodi præfectura, petere ſe & orare, vt non ab illis modò, ſed ab omnibus in perpetuum fœminarum collegijs gubernandis immunem Societatem eſſe iubeat; non defuturos aliorum ordinum idoneos homines, qui id munus libenter & cum fide obeant: ſibi quidem & ſuis, prouinciam videri minimè accommodatam. neque verò æquum eſſe, qui ſe ſe ad omnium gentium auxilium, ſine vlla regionum aut locorum exceptione, CHRISTI Vicario mancipauerint, eorum operam & induſtriam, non ſine graui communis rei damno, paucis regendis mulierculis implicari. Quibus rationibus ita permotus eſt Pontifex, vt ſupplicanti omnia largè ac prolixè conceſſerit. Itaque Societati ab eiuſmodi muneris vacatio in perpetuum data, eiuſque vacationis auctoritas teſtata eſt trinis deinde litteris Apoſtolicis, quæ tempore procedente magno vſui fuère noſtris hominibus. ad eius generis pericula & moleſtias abigendas.